UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum macula remaneat in anima post actum pecati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

tione uel habitu, adhuc remanere maculã, ut patet in eo q peccauit mortaliter prodigalitate, & poſtea tranſmutatur mortaliter peccando in habitum uitij oppoſiti. non ergo macula ponit aliquid poſitiue in anima. Similiter etiam nec eſt priuatio pura: quia omnia peccata eueniunt ex parte auerſionis & priuationis gratiæ. ſequeret̃ ergo, ꝙ omnium peccatorum eſſet una macula. ergo macula non eſt effectus peccati.

B Sed contra eſt, quod dicit̃ Eccl. 47. Salomoni. Dediſti maculam in gloria tua. & Epheſ. 5. Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam: & utrobique loquitur de macula peccati. ergo macula eſt effectus peccati.

Respon. Dicendum, ꝙ macula proprie dr̃ in corporalib. qñ aliquod corpus nitidum ꝑdit ſuum nitorem ex cõtactu alterius corporis, ſicut ueſtis, & aurum, & argentum, aut aliud huiuſmodi. In rebus autem ſpiritualib. ad ſimilitudinem hui⁹ oportet maculam dici. Habet autem anima hominis duplicẽ nitorem, Vnum quidẽ ex refulgentia luminis naturalis rationis, per quam dirigitur in ſuis actibus. alium uero ex refulgẽtia diuini luminis, ſ. ſapientiæ & gratię, per quam etiam homo perficitur ad bene & decenter agendum. Eſt autem quaſi quidam animæ tactus, qñ inhæret aliquibus rebus per amorem: cum autem peccat, adhęrentib. aliquibus contra lumen rationis, & diuinæ legis, ut ex ſupra dictis patet. * Vnde ipſum detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens, macula animæ metaphorice uocatur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ anima non inquinatur ex rebus inferioribus uirtute earũ, quaſi agẽtibus eis in animam: ſed magis ecõuerſo, anima ſua actione ſe inquinat inordinate eis inhærendo contra lumen rationis, & diuinæ legis.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ actio intellectus perficitur ſ̃m quod res intelligibiles ſunt in intellectu per modum ipſius ĩtellectus: & ideo intellectus ex eis non inficitur, ſed magis perficitur. Sed actus uoluntatis cõſiſtit in motu ad ipſas res, ita ꝙ amor rei amatę animam conglutinat, & ex hoc anima maculatur quando inordinate inhæret, ſecundũ illud Oſeę 9. Facti A ſunt abominabiles, ſicut ea quę dilexerunt.

Ad tertivm dicendum, ꝙ macula non eſt aliquid poſitiue in anima, nec ſignificat priuationem ſolam: ſed ſignificat priuationem quandam nitoris aĩę in ordine ad ſuam cauſam, quæ eſt peccatũ. & ideo diuerſa peccata diuerſas maculas inducũt: & eſt ſimile de umbra, quę eſt priuatio luminis ex obiecto alicuius corporis, & ſecundum diuerſitatem corporum obiectorum diuerſificantur umbræ.

Articvlvs II.

Vtrum macula maneat in anima poſt actum peccati.

AD secvndvm ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ macula non maneat in anima poſt actum peccati. Nihil enim manet in anima poſt actum, niſi habitus uel diſpoſitio: ſed macula non eſt habitus uel diſpoſitio, ut ſupra habitũ eſt. * ergo macula non manet in anima poſt actum peccati.

C ¶ 2 Pręt. Hoc modo ſe habet macula ad peccatum, ſicut umbra ad corpus, ut ſupra dictum eſt: * ſed trãſeunte corpore nõ manet umbra. ergo & trãſeũte actu peccati nõ manet macula.

¶ 3 Præt. Oĩs effectus dependet ex ſua cauſa: cauſa autem maculę eſt actus peccati. ergo remoto actu peccati, non remanet macula in anima.

D Sed contra eſt, quod dr̃ Ioſue 22. An parum eſt uobis ꝗa peccaſtis in Beelphegor, & uſque in præſentem diẽ macula huius ſceleris in uobis ꝑmanet?

Respon. Dicendum, ꝙ macula peccati remanet in anima etiam tranſeunte actu peccati, cuius rõ eſt: quia macula, ſicut dictũ eſt, * importat quendam defectum nitoris propter receſſum à lumine rõnis, uel diuinę legis. & ideo quãdiu homo manet extra huiuſmodi lumẽ, manet in eo macula peccati: ſed poſtquã redit ad lumen rõnis, E & ad lumen diuinũ, quod fit ꝑ gratiã, tunc macula ceſſat. Licet autem ceſſat actus peccati, quo homo diſceſſit à lumine rõnis, uel legis diuinæ, non tñ ſtatim homo ad illud redit in quo fuerat, ſed requiritur aliquis motus uolũtatis contratius primo motui: ſicut ſi aliquis ſit diſtans alicui per aliquem motum, nõ ſtatim ceſſante motu fit ei ꝓpinqu⁹, ſed oportet, ꝙ appꝓpiquet

quid in eo quod dicitur inimicus, ſed relatio rationis in ipſo obiecto uoluntati domini ordinantis ipſum ad pęnam. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis non oportet aliud iacere fundamentũ, quàm id quod in litera poſitum eſt in 1. arti. in reſponſione ad tertium. ſ. ꝙ macula nõ ſignificat puram priuationem, ſed priuationem in ordine ad cauſam. i. ad peccatum a quo cauſatur. Ex hoc. n. ſoluuntur omnes difficultates accidẽtes in re. Licet enim priuatio cõiũctionis, ſimilitudinis refulgentiæ, gratiæ, charitatis non ſuſcipiat magis & min⁹, quia conſiſtit in facto eſſe: cauſa tamẽ eius. ſ. peccatum ſuſcipit magis & minus. ac per hoc macula quæ ſignificat priuationem, nõ abſolute, ſed vt ex peccato, ſuſcipit magis & minus, non in ſe: ſed in cauſa. Et ex hoc prouenit, ꝙ iſte eſt magis maculatus eadem macula ſpecie altero, & magis peccator altero poſt actus peccatorum. Et hoc ſufficit, & ſoluit rõnes Scoti & Aureoli allatas à Capreolo in 4. diſtinctione 4.

¶ Ad ſecundam autem rationem Scoti, negatur aſſumptum. Mille enim peccatorum maculæ adinuicem, nec aliqua alicui peccato contrariantur, quoniam ex parte auerſionis peccatorum cõſurgunt: vnde non eſt cõtrarietas. Poſitio autem Scoti falſa, & non probata eſt. Falſa ꝗdem, quia peccator vt ſic, non eſt à uolũtate diuina, immo Altiſsimus odio habet peccatorem: ordinatio autem ad pęnam eſt à uoluntate diuina. ergo.

¶ Præt. Peccator vt ſic, eſt peccator, malo ex peccato relicto, quia eſſe peccatorẽ eſt eſſe malum. ſed ordinari ad pœnã eſt bonũ, cum ſit a Deo. ergo. Patet ꝓterea, ꝙ inerudite hæc omnia confunduntur à Scoto. ſ. macula, reatus, & ordinari ad pęnã a Deo. Peccatũ enim prius facit & relinquit hominem dignum pęna, quod eſt reatus, quod eſt malũ apud Dion. 4. c. de diuinis nominibus, dicentẽ, quòd puniri non eſt malum, ſed fieri pęna dignum: & deinde à diuina iuſtitia ordinari ad pœnam. Ideo enim ordinatur ad pęnã, quia pęna dignus, & nõ ecõuerſo. Vnde vt patebit, peccatum ex parte auerſionis relinquit maculã & reatum, quorum primũ ẽ priuatio, vt ex peccato: ſecundum eſt relatio rationis: & tertio aduenit quod Scotus dicit. Vnde Inf. q. 87. ar. 6. cor. & ad 1.
conceſſo quòd ex parte Dei, vt Auguſ. dicit, tegere ſit non imputare, ſophiſma manifeſte eſt conſequentis: immo impertinentis inferre, ergo iſte eſt peccator ex imputatione. Ar. præced.
Iſte nanque eſt peccator nõ ex eo quod ſe tenet ex parte Dei, ſed ex eo quòd ſe tenet ex parte ſui, Ar. 1. ad 3.
iuxta illud Oſeæ. Perditio tua Iſrael ex te, ſalus autem ex me. Cõfirmatio quoque exempli non valet, quia in hoc offendente remanet relatio inimicitiæ, & dignitatis pęnæ abſq; omni actu offenſi. Et hæc dicta ſint de macula, quàm formaliter Sortes poſtquam peccauit, ante pęnitentiam dicitur, & eſt peccaror, ſeu ma l⁹ malo culpę. Oportet enim priuatiuum eſſe quo aliquis eſt malus & peccator: quia malum priuatio eſt, & peccatum Ar. præced.
priuatiuum, aut priuatio eſt: Et hæc eſt ratio fundamentalis huius. Et ſcito, quòd macula ſumitur dupliciter. Primò pro priuatione coniunctionis ad Deum ex peccato. Secundò pro priuatione nitoris. Et ſi hoc ſecundo modo ſumitur, non eſt id quo formaliter poſt actum dicitur quis peccator, ſed effectus eius. Eſt nanque peccator priuatione conuerſionis ad Deum, quam ſequi-

ſequitur detrimentũ nitoris, vt in litera dicitur. Sed primo modo eſt, qua formaliter dicit᷑ peccator, & ſic eã ſuſcipit Magiſter ſen. 10. diſtin. 4. contra quem etiã arguit Scot. Veruntamen ſiquis diligentar attenderit, videbit vtrobique vnam ſolam priuationem diuerſis rationibus diuerſimode ſignificatam. Anima nanque Deo iuncta per charitatem, conformatur Deo, conuertitur ad illum, coniungitur illi, illuminatur ab illo, fulget ex illo. Et per oppoſitum, priuatio coniunctionis ex peccato, oppoſita facit, & elongatio, diſsimilitudo, auerſio, maculaque dicitur. Propter quod dicendũ eſt, ꝙ licet author maculam à propria nominis ſignificatione declaret: intendit tamen maculæ nomine, illã priuationẽ vt ex actu, qua formaliter peccator dicitur poſt actum peccator. Cuius ſignum eſt, quòd de effectibus peccati tractans, tres tm̃ numerat, corruptionem boni, maculã, & reatum. Et conſtat, quòd a peccati effectu, peccator poſt actum dicitur, & non à primo declarato, nec tertio, igitur a ſecundo. Et hæc dixerim, ne videamur digreſsi. Quia ergo formale ſignum maculę eſt, quo formaliter peccator poſt actum dr̃ peccator: quia priuatione coniunctionis ad Deum, vt ex peccato eſt, & dicitur peccator. Quãuis maculæ nomen exprimat hoc ſecundum quendam ſpecialem effectum, ſcilicet remotionẽ nitoris: ideo non eſt alius effectus peccati quærendus, quo quis ſit peccator poſt actum. Et confirmatur, quia ſicut dum actu peccat, dicitur malus & peccator auerſione actuali: ita poſt auerſione remanente, quæ nil aliud eſt quàm priuatio conuerſionis ad Deũ ex peccato.

2. diſt. 30. q. 1. ar. 2. cor. & diſt. 32. q. 1. ar. 1. cor. & diſt. 42. q. 1. ar. 2. cor. Et in expo. lib. lect. 1. ad 3. & 4.

rediens per motũ contrarium.

F Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ poſt actum peccati nihil poſitiue remanet in anima niſi diſpoſitio, uel habitus: remanet tñ aliquid priuatiue, ſ. priuatio coniunctionis ad diuinũ lumẽ.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ tranſeunte obſtaculo corporis, remanet corpus diaphanum in æquali propinquitate & habitudine ad corpus illuminans, & ideo ſtatim umbra tranſit: ſed remoto actu peccati, nõ remanet aĩa in eadẽ habitudine ad Deũ. vnde nõ eſt ſimilis ratio.

Ad tertivm dicendum, ꝙ actus peccati facit diſtantiam à Deo, quam quidem diſtantiã ſequitur defectus nitoris hoc modo, ſicut motus localis facit localẽ diſtantiam. Vnde ſicut ceſſante motu locali, non tollit᷑ diſtantia localis: ita nec ceſſante actu peccati, tollitur macula.

Qvaestio LXXXVII.

De reatu pęnæ, in octo articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de reatu pęnæ. Et primò, de ipſo reatu. Secundò, de mortali & veniali peccato, quæ diſtinguuntur ſecundum reatum.

Et circa primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum reatus pęnæ ſit effectus peccati.

¶ Secundò, Vtrum peccatum poſſit eſſe pęna alterius peccati.

¶ Tertiò, Vtrum aliquod peccatũ faciat reum æterna pœna.

¶ Quartò, Vtrum faciat reum pena infinita ſm quantitatem.

¶ Quintò, Vtrum omne peccatum faciat reum æterna & infinita pœna.

¶ Sextò, Vtrũ reatus pęnæ poſſit remanere poſt peccatum.

¶ Septimò, Vtrũ omnis pœna inferatur pro aliquo peccato.

¶ Octauò, Vtrũ vnus ſit reus pœnæ pro peccato alterius.

Articvlvs primvs.

Vtrum reatus pęnę ſit effectus peccati.

Ad primvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ reatus pœnę non ſit effectus peccati. Quod enim ꝑ accidens ſe habet ad aliquid, nõ vr̃ eſſe proprius effectus eius: ſed reatus pęnæ per accidens ſe habet ad peccatum, cũ ſit præter intentionem peccantis. ergo reatus pœnæ non eſt effectus peccati.

¶ 2 Præt. Malum non eſt cauſa boni: ſed pęna bona eſt, cum ſit iuſta & à Deo. ergo nõ eſt effectus peccati, quod eſt malum.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in 1. Confeſſ. * ꝙ oĩs inordinatus anim⁹ ſibiipſi eſt pęna: ſed pœna non cauſat reatũ alterius pęnæ, quia ſic iretur in infinitũ. ergo peccatum non cauſat reatũ pęnę.

Sed contra eſt, quod dicit᷑

G Rom. 2. Tribulatio & anguſtia in animam omnem operantis malum; ſed operari malum eſt peccare. ergo peccatum inducit pęnam, quæ nomine tribulationis & anguſtiæ deſignatur.

Respon. Dicendum, quòd ex rebus natur[...] bus ad res humanas deriuatur, vt id quod co[...] aliquid inſurgit, ab eo detrimentum patiatur. [...] demus enim in reb. naturalib. quòd vnum cõ[...] rium uehementius agit, altero contrario ſupe[...] niente: propter quod aquæ calefactæ magis co[...] gelantur, vt dicitur in 2. Meteororum. vnde in [...] minibus hoc ex naturali inclinatione inuen[...] ut unuſquiſque deprimat eum, qui contra ip[...]

H inſurgit. Manifeſtum eſt autem, quòd quæcun[...] cõtinetur ſub aliquo ordine, ſunt quodammo[...] unum in ordine ad principiũ ordinis. vnde q[...] quid cõtra ordinem aliquem inſurgit, conſeq[...] eſt ut ab eo ordine & principe ordinis deprima[...] Cum autem peccatum ſit actus inordinatus, ma[...] feſtum eſt, ꝙ quicunque peccat, contra aliq[...] dinem agit: & ideo ab ipſo ordine conſequen[...] ꝙ deprimatur, quę quidem depreſſio pęna e[...] de ſm tres ordines, quibus ſubditur huma[...] luntas, triplici pęna poteſt homo puniri. Prim[...] dem enim ſubditur humana natura ordini p[...] priæ rationis. Secundò, ordini exterioris hom[...]

I gubernantis uel ſpiritualiter, uel temporaliter, p[...] litice, ſeu œconomice. Tertiò, ſubditur uniuer[...] ordini diuini regiminis. Quilibet autem ho[...] ordinum per peccatum peruertitur, dum ille q[...] peccat, agit & contra rationem, & contra legẽ [...] manam, & contra legem diuinam. vnde tripli[...] pęnam incurrit, unam quidem à ſeipſo, quæ [...] conſcientiæ remorſus, aliam uero ab homine, [...] tiam vero à Deo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pęna co[...] ſequitur peccatum, inquantum malum eſt ra[...] ne ſuæ inordinationis: vnde ſicut malum eſt [...]

K accidens in actu peccantis præter intentionem [...] ſius, ita & reatus pœnæ.

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ pœna quidem [...] ſta eſſe poteſt & à Deo, & ab homine inflicta [...] ipſa pœna non eſt effectus peccati directe, ſed [...] diſpoſitiue. Sed peccatum facit hominẽ eſſe re[...] pęnæ, quòd eſt malum. dicit enim Dion. 4. ca[...] diuin. no. * quod puniri non eſt malum, ſed [...] pęna dignum. vnde te reatus pœnæ directe po[...] tur effectus peccati.

Ad tertivm dicẽdum, ꝙ pęna illa inord[...] animi debetur peccato ex hoc, ꝙ ordinem ra[...] peruertit: fit autem reus alterius pęnæ per ho[...] peruertit ordinem legis diuinæ, uel humanæ.

¶ Super Quæſ[...] octuageſima ſ[...] ma Articulum [...] mum.

In arti. 1. q. 87. [...] uerte, ꝙ autho[...] corpore artic[...] cans extrema, [...] nuat medium [...] directe ſatisfac[...] ſito Cum enim [...] catur, vnum e[...] mum eſt, agere c[...] tra ordinem: [...] rum, deprimi a[...] dine. Illud eſt [...] care, hoc eſt p[...] Et quoniam n[...] peccato dignus [...] quis puniri, nõ [...] puniret: iõ hoc [...] dum

[...].q.36. [...]ad 4. Et [...].46. ar. [...] mal. q. [...].4. ad 1. [...]1. lect. [...]9. vlt. [...].82. to. [...] 74. art. [...] 2. [...]mil. 11. [...]d. & 1. 2 [...]ral. c. 13 [...]q. 48. ar [...] 5. [...]79. ar. 3.

Arti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN